

tum corporale restauratur de perditum, nutri-
tur, & augetur corpus, ergo per hoc Sacramē-
tum restauratur deperditus feruor Charita-
tis, & deuotionis, atq; augetur, & nutritur vi-
ta Spiritualis gratiæ. Ex quo infertur, Pri-
mo, quod ad relcipiēdum effectum istum pro-
prium Sacramenti huius, non sufficit tantum
votum, & desiderium eius, sed oportet omni-
no vt verè suscipiatur. Est enim vniuersalis
regula in omnibus Sacramentis vna, q̄ effe-
ctus proprius singularis qui cuiuslibet Sacra-
mento correspondet non datur, nisi illud Sa-
cramentum in re sumatur, & applicetur. Vn-
de patet, quam malè faciunt Parochi, siue alij
Sacerdotes qui ex quacunq; leui causa priuāt
infirmos tali sumptione huius Sacramenti, &
putant tunc temporis sufficere. Si infirmus
adore illud: priuāt enim illos effectum pro-
prio huius Sacramenti. Et similiter alio ef-
fectu, quem habet hoc Sacramētum, vt supra
diximus ex Scoto, & infra dicemus ex Sācto
Thom. Potest enim casus contingere, in quo
Sacrum hoc primā gratiā infirmis cōferat putā
si non est contritus verè, sed tantum attritus
vel ignorat aliquod peccatum suum. Secūdo
sequitur, quā sit irrationabilis illarum Ciuū